Quelle: http://manuscripta.at/?ID=39279
Copyright: Kremsmünster, Benediktinerstift



mcum perfecisti laudem propter inimicos tuos: ut destruas inimicum et ultorem. Quoniam videbo celos tuos opera digitorum tuorum: lunam et stellas que tu fundasti. Quid est homo quod memor es eius: aut filius hominis quoniam visitas eum. Minuisti eum paulo minus ab angelis: gloria et honore coronasti eum: et constituisti eum super opera manuum tuarum. Omnia subiecisti sub pedibus eius: oves et boves universas: insuper et pecora campi. Volucres celi et pisces maris qui perambulant semitas maris. Domine dominus noster: quam admirabile est nomen tuum in universa terra.

Confitebor tibi domine in toto corde meo: narrabo omnia mirabilia tua. Letabor et exultabo in te: psallam nomini tuo altissime. In convertendo inimicum meum retrorsum: infirmabuntur et peribunt a facie tua. Quoniam fecisti iudicium meum et causam meam: sedi